

filius eius Hermannus et Adelbertus. Ludovicus provincialis comes. Otto marchio de Withingen et fratres eius Theto. Ditericus. Fridericus. Otto comes palatinus de Wittingesbach. Rapoto comes de Amberg. Hugo comes de Tagesburg. Gerhardus comes de Bertheim. Adelbertus comes de Dilingen. Gerhardus comes de Nuringo. Gozmarus comes de Cygenhagen. Marguardus de Grumbach et duo filii eius Adelbertus et Otto. 5
Rupertus de Castello. Cunradus de Tungede. Manegoldus de Wilperg et ii filii eius Erkenbertus et Manegoldus. Cunradus de Wikart. Henricus de Bappenheim. Cunradus de Schiphe. Billungus vicedominus de Wirzeburg. Bodo. Henricus scultetus. Godeboldus. Godefridus et alter Godeboldus. Iringus de Belstein. Richolfus de Ryth. Wolframms de Brozoltshaim. Titericus Blumelin. 10

(S.)

(S.)

324.

Bischof Uto zu Naumburg verkündet den Rechtsspruch des Landgrafen Ludwig in Betreff der Lehnsleute des Marien- und Georgenklosters zu Naumburg. — Zeuge: Graf Dedo. 1165 [Um Febr.].

Hdschr.: Or. Perg. Ernest. Gem. Archiv Weimar Reg. Oo S. 664 No. 9. Stumpf 4040^a. Phot. H. St. A. 15

Gedr.: Forschungen zur Deut. Gesch. 9, 593.

Anm.: Der in der Urkunde erwähnte Aufenthalt des Kaisers fällt auf die Zeit um Februar, am 26. Februar weilt derselbe in Altenburg laut der vorhergehenden Urkunde.

! In nomine sanctę et individue trinitatis. ! Uto dei gratia sanctę Nuemburgensis ecclesię episcopus. Cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in 20
perpetuum |. Officii nostri auctoritas nos hortatur religiosos viros fraterna caritate diligere et eos in suis oportunitatibus pro posse nostro consolari et erigere. Unde | noverit
tam presens ętas quam successura posteritas, qualiter nos Ekehardi abbatis et fratrum
cenobii sanctę Marię et sancti Georgii votivis supplicationibus | commoniti iustas preces
eorum exaudivimus de suis inbeneficiatis, qui se autumant herskilt, qui per illicita et ex- 25
cogitata iura substantias eorum suis usibus mancipando ęgestatis eos necessitatem sustinere
compulerunt. Ad horum temeritatem coercedam dum virgam ęquitatis aliquotiens frustra
extendissemus, tandem necessarium duximus, hęc in auribus serenissimi imperatoris Fri-
derici et principum eius ventilare. Qui in civitate nostra Cizensi constitutus tam rogatu
nostro quam supra dicti abbatis et fratrum sententiam iuridicalem a provinciali comite 30
Lödewico exquisivit ac talem ab eo cum assensu principum promulgatam accepit, quod
prefati cenobii homines, sive dicerentur herskilt vel aliter, a feodali iusticia hominum
episcopii in nullo discrepare deberent, cuius ditioni cenobium idem subiaceat dinoscitur.
Quam sententiam domnus imperator sue auctoritatis cyrographo corroboravit hanc et nos
quoque post ipsum confirmantes in perpetuum munimentum eidem ecclesię presens stabili- 35
vimus testamentum. Si qua igitur spiritalis persona secularisve potestas hoc nostre auctori-
tatis privilegium sciens abalienare, infringere, temerare vel prevaricari presumpserit, si
tercio commonita per dignam satisfactionem non resipuerit, sub excommunicatione divina
atque pontificali perpetue Iude traditoris et omnium reprobatorum subiaceat maledictioni.
Quicumque vero huic confirmationi nostre per benivolentiam faverit, proficiat ei pietas 40